

Abulfidâ

De 2742



VERSIONEM
CARMINUM QUORUNDAM ARABICORUM,

QUAE IN
ABULPHEDAE ANNALIBUS MUSLEMICIS CONTINENTUR.
CUM
ANIMADVERSIONIBUS AD SENTENTIAS JESU SIRACIDAE

P R A E S I D E

JOANNE FRIEDERICO GAAB,

PHILOS. PROF. P. O.

PRO CONSEQUENDIS MAGISTERII HONORIBUS

AD DISPUTANDUM PROPONUNT

DD. SEPT. MDCCCX.

FRIEDERICUS HENRICUS KERN, *Senstettensis*,
CAROLUS FRIEDERICUS AUGUSTUS OETINGER, *Wildbadensis*,
JOANNES DEHLINGER, *Schorndorfensis*,
CAROLUS AUGUSTUS SCHMIDLIN, *Stuttgardtianus*,
CAROLUS FRIEDERICUS GMELIN, *Stuttgardtianus*,
PHILIPPUS HENRICUS WERNER, *Bahlingenensis*,

MAGISTERII PHILOSOPHICI CANDIDATI IN REGIO SEMINARIO
THEOLOGICO.

T U B I N G A E,
L I T E R I S S C H R A M M I A N I S.

Off. Ft





Abulpheda (أبو الغدا), provinciae Hamatensis in Syria primum præfetus, deinde Sultanus¹⁾, vir pro ætate, qua vixit, locoque, quem occupavit, apprime doctus, anno æræ christianæ, ut plerique existimant, 1332. mortuus, annalibus muslemicis, qui pars præcipua sunt compendiose humani generis historiæ (جذب في الأخبار البهشى) ab eo compositæ & ad nostra tempora conservatæ²⁾, plurium auctorum poemata tum integra tum mutila interseruit, quorum certe aliqua³⁾ æqui, a præjudicatis opinionibus liberi, lectoris assensum mereantur necesse est. Quod ut evidens fiat omnibus, en exempla quædam, in latinum sermonem conversa, quæ ex aliis ideo selecta sunt, quod lectionibus arabicis a Rosenmüller collectis, elementisque ejus arabicis adjunctis⁴⁾, libro divulgato & parabili, etiam insunt, ita, ut illi, qui translationem nostram cum textu arabico conferre voluerint, facili opera id possint,

A 2

cum

1) Christ. Frid. Schnurrer bibliothecæ arabicæ P. I. Tubing. 1799. p. 7.

D'Herbelot bibliothèque orientale Par. 1697. p. 25. al.

2) Edidit eos primum arabice & latine opera & studiis Jo. Jac. Reiskii — Jac. Ge. Christi. Adler — Hafniæ ab anno 1789. ad a. usque 1794. quinque voluminibus quaternariis.

3) Alia horum poematum ridicula & inepta, utque Reiskii verbis utamur (v. præfat. Adler. p. VII.) nive frigidiora sunt.

4) Arabisches Elementar- und Lese-Buch mit einem vollständigen Wortregister von Ernst. Friedr. Karl Rosenmüller. Leipzig 1799. 8.



cum annalibus moslemicis ipsis utendi paucioribus potestas data sit. Translationi carminum quae subjectae sunt annotationes, eo consilio scriptae, ut probandae & illustrandae illi inserviant, atque ampliorem ad disputandum materiam suppeditent.

Primum, quo nostram in rem utimur, carmen⁵⁾ Ahmedem quandam auctorem habet, quem Abulpheda, simul indicans, qua occasione haec, de qua sermo est, opella ejus orta sit, ita producit:

“Eodem, ait, anno (post fugam nimirum 437.) spiritum redidit Ahmedes, Josephi filius, Manafensis⁶⁾, Minister⁷⁾ Abu Nasri

5) Annal. musl. t. III. p. 124. Rosenmüll. arab. Lefeb. p. 116. sq.

6) Quid hoc sit, ex auctore nostro (l. c. p. 126.) discimus. “Manafensis, inquit, pertinet ad Menasdscheher (منازج), oppidum ad Chortabram (خرتابر), distingendum a Menascherd (مناسخرد), præfecturæ Echlad (in Armenia).” Chortabra nomen castri erat in extremis finibus præfecturæ Diarbecrensis.

7) Adleri *مُؤْمِن* jure suo in *وزير* mutavit Rosenmüllerus, cum forma *وزير* nunquam legatur, licet, grammaticè si rem spectes, idem esse potuerit, quod *وزير*, ut v. c. *firmus* (firmus) & *عنصر*, *معذب* (inops, destitutus) & *معذب* synonyma sunt. Quod significatum vocis *وزير* attinet, dubium haud est, quin minister & amicus principis ea indicietur, sed adjungere velimus a. *وزير* proprie is. est, qui onus gestat, onus autem gestare dicebatur, qui munus administrabat, præfectus quicunque; oneris enim loco in Oriente munera habebant, ut jam ex Syrorum *لَاكَه* & Chaldæorum *لَاطَعَ*, quod utrumque onus æque ac officium denotat, apparent; b. *Vesirorum* (venia sit vocabulo),

— 5 —

Nasri Ahmedis, Marvani filii, e Curdorum regione (gente) oriundi, Diarbecri principis ⁸⁾, præcipius, Constantinopolin missus ⁹⁾. Fuit præcellentium eruditorum ¹⁰⁾ et poetarum unus. Collegit autem

bulo), *خَارِجُوكْخَانَى* sic dictorum munus initio non publicum sed privatum erat, qui enim Vesirus vocabatur، *وزير أهل بيته* i. e. curator & moderator domesticorum principis erat (D'Herbel. p. 912. sq.); sed ipsi illi, qui primum non nisi res privatas principum gerebant, sensim sensimque ad publicas quoque adspirabant & adhibebantur, dum tandem Abul Abbas anno Christi 750. devicto Mervano II., Ommiadarum ultimo, principatu inter Arabes potitus provinciam Vesiri ad publicam dignitatem solemuiter eveheret.

- 8) In memoriam revocari hic possunt, quæ Gattererus (*Versuch einer allgemeinen Weltgeschichte* p. 615. scriptis: "Die merwanischen Kjurden, eine persische Dynastie, besiegten zuerst die Hamadaniden und darauf die Buiden, und errichteten zu Diarbekr, Maijafarekin, Emed und in andern syrischen und mesopotamischen Ggenden a. 984. einen Staat, welchen 100. Jahre hernach a. 1085 oder 1095. die Seldschuken verschlungen haben." Abu Nasrum ab anno Chr. 1024. ad annum 1073. regnasse, virum autem probum fuisse *حَسْنَتْ سِيرْذَة*) testatur Abulpheda annal. t. II. p. 572.
- 9) Obiit, cum legatus iter Constantinopolin faceret, aut: Constantinopoli. Sed *خَارِجُوكْخَانَى* verti etiam potest: *sæpe missus est* (*لَمَّا* certe significat: *sæpe misit*), ut hic verborum sensus sit: qui plus una vice Constantinopolin olim missus est.
- 10) Non perspicimus, quî Reiskius vertere potuerit: præcipius hominum elegantium accensendus. Cum *فضل* & *فضليه* de scientia, sapientia, *فضل* de homine scientia præstante, doctoque dicitur, non dubitamus, *علا* *فضليه* de eruditis intelligere, id quod orationi



autem ¹¹⁾ Manasensis memoratus (مانسی) ¹²⁾ multos libros, quos tum ad ædem primariam ¹³⁾ Mijapharecæ, tum ad Amideum statuendos curavit (quiœ ante breve tempus in cellis utriusque horum templorum adhuc præsto fuerunt) ¹⁴⁾. Cum in itinerum quo-

tioni plane accommodatum est. Sed فضل (cfr. Eduard. Pocockii not. in Carmen Tograi p. 9. sq.) quodcumque notat, quo alter alteri præstat, experientiam quoque & rerum agendarum peritiam, unde alia non inepta verborum interpretatio prodibit.

xi) An sup, an publico sumtu id fecerit? haud constat.

x2) Quem verba plane supervacua, المتنافي للمعنى، non offendant? At vero stílus Abulphedæ in universum plane incuriosus est, cuius quidem præcipuam causam esse putamus, non quod vir πολιτευός fuit (Wachler Versuch einer allgemeinen Geschichte der Literatur 2 t. p. 258), sed quod historiam suam ex aliis libris, ipsis fortasse partem minus accurate scriptis, excerpst; cum colligeret illam, res, ut in hoc laborum genere facile sit, non verba curavit, retractandique opus suum aut tempus aut animum non habuit. De loco autem, quem hic tractamus, peculiariter affirmari posse videatur, contraxisse eum Abulphedam ex scripto aliquo, quod uberiorius de Ahmède Manasiensi agebat, cumque post verba 'عنی' multa, quæ illud immiscuerat, resecuerit, ex negligentia iisdem perrexisse verbis, quibus auctor, unde hauriebat, narrationem suam persequebatur.

x3) ad, juxta ædem primariam b. e. in domo aliqua ad eam pertinente; ædes enim ejusmodi primaria tum apud Christianos olim tum apud Mohammedanos amplum plerumque spatiū, muro cinctum, occupabat, in quo præter eam alia ædificia, domiciliis ecclesiastorum, xenodochiis, balneis, scholis pro instituenda juventute, bibliothecis, al. destinata continebantur.

x4) Verba hæc, quæ Rosenmüllerus de industria omisisse videtur, arabice

quodam suorum vallem Bozae¹⁵⁾ peragraret, amoenitas ejus eum cepit, dixitque de ea — —

Pauca sunt, quæ ex his Abulphedæ verbis comperimus, ne-tamen contemnenda, cum in Ahmedè, de quo, ac ne nomine quidem ejus, nusquam alibi, quod scimus, proditum est, virum eruditum & eruditionis adjutorem nobis exhibeant, juvetque, multos omnium temporum populorumque nosse homines, dignitate conspicuos, qui bene de literis artibusque meruerunt, easque deamarunt & coluerunt. Ingenio autem studiis subacto Ahmedem fuisse, si quis confirmare etiam velit poematio, quod unum ab illo habemus, venusto fane, locis pulchris atque concinnis exornato, multi fortassis nihil habebunt, quod contra dicant. Cecinit vero vallem Bozae hoc modo:

Defendit¹⁶⁾ nos ab æstu¹⁷⁾ regionis fervidæ¹⁸⁾ vallis,
eam-

وهي الـي من قرـيبـن كـانـت مـوجـوبـةـ وـخـرـ الـكـتبـ sumi potest pro خـرـاـيـن الـحـامـعـبـنـ Vox bibliothecis. Cum phraſi الـي من قـرـيبـن conferri potest syriacum مـقـدـمـةـ v. Michaelis chrest. syriac. p. 98. l. 9.

15) Bozaa teste Abulpheda in tabula Syriæ (ed. Jo. Bernh. Koehleri Lipſ. 1766. p. 129.) erat “vicus (s. campus ضـيـعـةـ) agri Babensis, multitudine hortorum amoenorum læti, iter unusius diei ab Halebo ad regionem borealem (في الـجـنـوـبـ الشـمـالـيـةـ) distans.” Nomen loci ab abundantia sumtum videri possit, لـجـنـعـ enim est abundavit.

16) وـقاـ (alibi non cum accusativo rei sed cum عنـ conjungitur).

17) Pro لـفـيـةـ in codicibus quibusdam (v. ed. Adler. p. 130.) ئـسـنـىـ “ab aura calidiori” legitur.

18) Reiskius de solo glareoso, a sole fervido, Koehlerus (l. c.) ipso

eamque ipsam defendit arborum omnis generis plantarum-
que¹⁹⁾ perfectarum²⁰⁾ densitas²¹⁾.

²²⁾ Descendimus (de jumentis)²³⁾ confessuri sub arboribus ejus
proceris, propendentibus²⁴⁾, quæ inclinabant se in nos²⁵⁾,
quem-

ipso de sole fervido accepit. Illud melius, quam hoc, cum ضمیر
sit fervere ex sole.

¹⁹⁾ فیت speciatim de arboribus, frequentius autem de quovis vege-
tabili usurpatur.

²⁰⁾ ضمیر cum notione integrī & proceri quod ad staturam etiam no-
tionem pleni quod ad robur & succulentiam continere, docuit Reis-
kius (ed. Abulph. 3, 132.) Arbores igitur & plantas intelligit au-
tor, quæ sumnum pro natura sua magnitudinis & præstantiæ gra-
dum attigerant, perfectæ in suo genere erant.

²¹⁾ ضمایف duplum, duplicatum, de densitate arborum & planta-
rum, quibus vallis culta felixque superbiebat, intelligunt; id vero,
quod volunt, ex significatione augendi, quam ضمایف etiam habet,
deduci quoque posset. Ceterum non videmus, quid statuere prohi-
beat, auctorem carminis ordines arborum plantarumque, ex utraque
parte vallis sibi oppositos eamque cingentes, in animo habuisse.

²²⁾ In tabula modo memorata Syriæ auctoris nostri, in qua carmen
hoc cum variantibus quibusdam lectionibus etiam reperitur, primo
disticho & huic secundo aliud intextum est, quod ita habet;

“Avertit solem (a nobis), ubicunque vultui nostro oppositus sit,
prohibet ab accessu illum, sed aditum permittit leniter & grato
modo spirantibus ventis.”

²³⁾ Verti etiam potest: commorati sumus sub arboribus — nam نرل
est descendere h. descendere de equo, diversari h. commorari. Copu-
latur aliis locis cum ب vel يل،

²⁴⁾ وحدة, cuius collectivum hic occurrit, arbor magna (ةرل
ذبلاعه).

quemadmodum in ablactatum inclinant se præbentes mammas²⁶).

Sorbillavimus²⁷) fitientes²⁸) optimam in illa aquam²⁹),
dulciorem, quam vinum competitor est³⁰).

Terro-

ةَلْبَقْ، ut *Tebrizius* explicavit v. ed. *Adler.* p. 134), in specie autem arbor est, quæ ramos suos late diffundit. cfr. *Rosenmüll.* Vocab. & rad. ٢٩٣ “multum propendit.”

المرضعات *Koehlerus* pro invenit فتحني pro sequenti الوالدان vero.

27) Sorbillare sensum voluptatis, qua potarunt, exprimit.

28) Tempore, quo potus acceptissimus erat.

29) JYj de aqua limpida, frigida, dulci & digestu facili invenitur.

30) *Vinum bonum, quod cum amicis bibitur, suavissimum est.* Quod auctor, Mohammedanus scilicet, de vino prædicavit, observando fortassis & audiendo scivit, certumque est, quod *Herbelotus* p. 697. monuit: il y a beaucoup de Mahometans, qui ne croient pas, que le vin leur soit absolument défendu.

Terrorem incutit ³¹⁾ glarea ejus mundo ornatæ ³²⁾ virginum,
ita, ut latus, cui margaritarum lineam ³³⁾ alligavit, per-
trectet illico ³⁴⁾.

Alterum carmen, quod communicare breviterque illustrare
constituimus, ex eodem volumine annalium muslemicorum¹⁾, ex quo
prius desumtum, cum proemio ab Abulpheda præmisso ita se
habet:

“Eodem anno (a. fugæ 488.) obiit Motamedes²⁾), Abadita³⁾,
Sevil-

31) Si عَجْزٌ ita vertitur, حَالِيَةٌ legendum; significatus timendi,
quem عَجْزٌ etiam habet, nostro loco minus convenire videtur.

32) حَالِيَةٌ monilibus mundove suo ornans se aut ornata mulier.

33) عَقْدٌ نَطِيمٌ, margaritæ serie junctæ, idem est quod Latini lineam
margaritarum vocant.

34) Sensus distichi hujus absque dubio est: femina, pulchre ornata,
vallem transiens, quum glaream ejus splendidam & venustam con-
spicit, margaritas videre putat, ideoque statim margaritas suas at-
trestat, subtimens, ne illas perdiderit.

1) Annal. Muslem. 3, 300. sq. Rosenmüll. Leseb. p. 118. sq.

2) صَنْدَلٌ (i. e. vir æstimabilis) apud alios (d'Herbelot p. 307.) co-
gnomine حَالِيَةٌ (is, ut Reiskius in annal. musl. t. 2. p. 429. expo-
nit, qui rerum omnium loco Deum sibi sufficere cupit), apud alios
adpellatur Ibn Habeth, quod بْن حَبَّطْ “e tribu Habeth” esse po-
test. cf. Meniuskii Lex. arab. pers. turc. t. 2. p. 442.

3) Abaditaram nomen gerebat dynastia, quæ regnum Hispalense, si
ita dicere fas est, in Hispania tenuit, cum Motamede autem regnare
desit.



Sevillæ⁴⁾ aliarumque Andalusia⁵⁾ terrarum⁶⁾ (olim) dominus,
in carcerem Agmatæ⁷⁾ inclusus⁸⁾). Quod de eo narratur, in vul-
gus notum est. Pulchra fecit carmina. Refert auctor libri “tor-

B 2

ques”

4) ﷺ nomen urbis Hitpalis in Hispania, dein regni, cuius se-
des regia Hispalis erat.

5) Andalusia universæ Hispaniæ apud Arabas nomen dedit, utpote
quæ cum primum sub Otmano anno post Christum natum 646. Hi-
spaniam invaderent, ab illis (annal. musl. I, 262.) ante omnes alias
eius provincias intestata, cumque sub Valido de occupanda illa tan-
dem cogitarent, anno Christi 711. ante alias subacta est.

6) Regnum arabicum Sevillanum s. Hispalense tum temporis vel paulo
ante præter Sévillam ipsam oras Andalusia, terram Grenadensem,
partemque Betoniæ (Estremaduræ) atque Lusitaniæ complectebatur.
v. Krause Geschichte der wichtigsten Begebenheiten des heutigen
Europa t. 3. p. 423.

7) Agmata urbs olim primaria regni Marocensis fuit.

8) Motamedes a Josepho, qui Morabitarum (مرابطون) in religione
affiduorum secundus erat, rege Maroci (امير المؤمنين), in Hi-
spaniam trajecto, imperio privatus captusque ad mortem usque
suam, per quatuor annos, Agmatæ in custodia vitam consumere
coactus fuit. Narrant, Josephum a Motamede ex Africa vocatum,
ut auxilium illi contra Alphonsum VI., regem Leonis, ferret, do-
loose autem Motamedem ipsum invassisse & oppressisse (d'Herbelot
p. 307.). Schloezerus (Summarische Geschichte von Nordafrika, Gött-
tingen 1775. p. 33.): “A. 1091. schickte Jusuf zum dritten Mal ein
Heer nach Spanien, das die meisten arabischen Staaten dem Jusuf
unterwarf. Auch der König von Sevilien, der ihn gerufen hatte,
ward nach Afrika geführt, machte lehrreiche Verse in seiner Ge-
fangenschaft und ward von seinen Töchtern mit Stricken ernährt.”



ques" ⁹⁾ inscripti: Motamedem, quum Agmatæ in carcere esset,
die festo ¹⁰⁾ accessisse quosdam liberorum ejus, qui salutem illi di-
cerent.

وَلَيْدُ الْعَبَّارِ (وَلَيْدٌ) et plene: وَلَيْدُ الْعَبَّارِ torques auri purissimi, est, ut
d'Herbelot p. 954. annotavit, "titre d'un ouvrage, qui contient les
Eloges des poetes illustres d'Afrique en quatre parties. La pre-
miere contient les Rois & les Princes, qui se sont appliques à la
poesie; la seconde est des Vezirs & Ministres d'Etat; la troisième
des Juges & des Docteurs; & la quatrième comprend tous les Parti-
culiers, qui en ont fait profession, & dont on a les Ouvrages. L'Au-
teur de ce Livre est Abou Nasr Alfatah Issa Ben Khacan Al Caisi,
qui mourut de mort violente l'an 535: de l'Hegire." De auctore
hujus libri, qui etiam Parisiis extat, Abulpheda (annal. [musl. 3,
484.] ad annum 435. fugæ hæc habet: "Obiit Fatah, fil. Moham-
medis — occisus in publico mercatorum hospitio Maroci (في فندق)
بِمَرْكَشْ). كان فاضلا في أربن (؛)؛
composuit multitudinem librorum, e quibus is est, qui titulum ha-
bet: torques aureus; mentionem in illo facit multorum eruditio-
rum, carminumque eorum, qua quidem re omnino boni quid fecit
ولقد أجاد به، quod Reiskius vertit: multa eorum attulit."

10) Praeter diem Veneris, quem Mohammedani sacrum festumque ha-
bent, duo alia festa quovis anno celebrant, عَيْدٌ كَمْ & عَيْدٌ صَفَرْ، de quibus consulendus *d'Herbelot* p. 315. Nescimus, utrius
eorum, an diei alicujus Veneris hic mentio fiat, an vero fermo fit
de festo, quod Marocani peculiare habent & decima mensis ^{جُمَادَى}
(qui primus est anni Mohammedici & Julio nostro partem respon-
det) agere solent; distribuant illo pauperibus varia edulia per mo-
dum eleemosynæ, vespereque in plateis publicis festivos ignes ac-
cedunt. v. Höft Nachrichten von Marokos und Fes. Kopenhagen



cerent & fausta precarentur ^{۱۱}); fuisse inter illos filias ejus, pannis
obsitas, eclipsibus similes, cum lunæ fuerint ^{۱۲}), nudis pedibus,
vel levissimo pristinæ prosperitatis suæ vestigio deleto; Motamedem
autem (ipsum se alloquentem) dixisse:

Tempore præterlapso ^{۱۳}) latus egisti dies festos,
hic, quem celebramus, captivo tibi ^{۱۴}) Agmatæ apparuit.
Vides tuas filias in vestibus laceris, famelicas ^{۱۵}).
nentes hominibus ^{۱۶}), nil possident & ne cicum quidem ^{۱۷}).

Con-

۱۱) ظهیر vel in IV. ظهیر, quarta enim significatu gratulandi etiam
gaudet. Utrumque vertere quoque possis: dona illi obtulerunt; ^{لهم}
in II. & IV. est: dedit, donavit, & accusativum personæ post se
habet.

۱۲) Post ^{كانت} ^{بأنها} verbum substantivum omissum videtur.
Illarum instar sunt eclipses i. e. quemadmodum eclipses splendidam
lunam tegunt, atque obscurant, ita vero illæ pulchritudinem suam
nativam (pulchræ enim ut luna erant) tritis, squalidisque, quibus
indutæ erant, vestibus supprimebant.

۱۳) idem est, ^{بما خلا} ^{مضى} & indicat vel: eo, quod ef-
fluxit tempore, ^{بخار}, vel, quod magis arridet: *omni* tempore
præterito.

۱۴) ^{جاء} pendet a ^{جاء}, quod cum accusat. pers. conjungitur.

۱۵) جاع vox *ονυματοποιητικη* esse videtur, orta ex oscitatione esuri-
tium, vel sono potius, quem famelici edunt, cum illa coniuncto. |

۱۶) pro mercede nimirum.

۱۷) قطعاً v. قطعاً est pellicula tenuis super osse dactyli h. res
nullius plane momenti, minimi pretii. Eodem modo Latinorum
ciccas v. cicum i. e. pellicula, os mali punici includens, rem par-
vam nihilique indicat.

Conculcant cœnum nudi earum pedes ¹⁸⁾,
quasi (olim) muscum camphoramque non calcassent ¹⁹⁾.
Genam non habent, nisi cujus pars exterior de angustiis que-
ratur,
interior suspiriis impleta sit ²⁰⁾.
Sors tua erat, ut imperares sorti, eaque obediret,
supervenit ²¹⁾ tibi fors tua, jamque ipse veteris, & tibi ipsi
præcipitur ²²⁾.

Quis-

-
- 18) per plateas nempe transeuntes, quæ plerumque in urbibus Mohe-
medianorum cœnosæ sunt. *Reiskius*.
- 19) Dicere videtur auctor: quæ olim, cum læta conditione fruebar,
in cubiculis degebant, quorum sola tapetibus strata erant, campho-
ra (v. floribus palmæ vel vitis) muscoque, ut suavem odorem exha-
larent, & ornamenti atque honoris causa conspersis.
- 20) *Reiskius* distichum ita transtulit: "Genam earum non videas, quæ
maciem non satis prodat & quam imber lacrimarum, ascendentibus
ex imo pectori suspiriis, non rigat;" nobis hic sensus illi inesse vi-
detur: genas habet macilentas & fame confectas, in quibus si quid
extat & prominet, nequaquam pro pinguedine habendum est; in-
flatæ modo sunt suspiriis, ex animis filiarum mearum provenienti-
bus. جدب de siccitate anni & angustia annonæ dici notum est;
ظاهر an "pars exterior", an conspicuum vertas, perinde erit;
مطر implendi notionem etiam habere, e Camuso attulit *Golius*.
Neque vero negamus, defendi quoque posse translationem Reiskia-
nam, dummodo alterum distichi membrum ita sumatur: (lacrimis)
illæ (genæ) irrigantur continua inter suspiria.
- 21) Significatus "rejiciendi, reducendi" quos ḥ alibi habet, omni-
no ad explicandum hunc locum facere possunt, aptior autem vide-
tur "superveniendi, invadendi" qui vocabulo vindicari potest, quan-
quam a *Golio* non notatus. "Supervenit tibi" idem erit, quod:



Quisquis post te ²³⁾ de possessione ²⁴⁾ lætatur, in qua est,
profecto in statu somniantis est & deceptus ²⁵⁾.

Ter.

“supervenit tibi & potestati suæ te subjicit.” Pro فَرْنِ qui legeret
فرن، eundem similemve sensum eliceret; فَرْنِ enim in II. fallere,
decipere & deprimere valet.

22) Veteris i. e. imperatur tibi, quod abs te omittendum; præcipitur
tibi i. e. imperatur, quod abs te agendum est.

23) i. e. nunc, postquam tuo exemplo edocitus novit, quam mutabilis
sit ipsorum regum conditio, ita, ut potentissimi quique uno mo-
mento præter omnem opinionem regno pellantur & in miseras in-
cidant, quibus ferendis vel fortissimus vix par est.

24) بات “imanere, commorari, pernoctare” plane ut syriacu m جَوَّهْرَ،
hoc nostro in loco cum Rosenmüller (Vocabul. p. 171.) vertimus:
esse. cfr. Ed. Pocockii notas in Carmen Tograi p. 108. At signifi-
catus usitator certiorque pernoctandi in secundo certe membro lo-
cum habere potest; pernoctat in somniis idem esset ac: noctem
transgit somnians, somnianti similis est; quid? quod utriusque بات
notionem manendi tribuere licebit, si ita interpreteris:

“qui (quum rex est) post te in regno manet (regnare pergit),
opinans, magnam eum voluptatem inde perceptum esse, ma-
net in somniis semper somniant) & deceptus erit.”

Qui quidem sensus ut efficiatur, haud quidquam requiritur, nisi ut
ante vocem جَوَّهْرَ، quam quomodo cunque vertatur، جَوَّهْرَ enuntiamus،
conjunctione كُلْمَةً concipiatur.

25) Qui de re aliqua, quæ illi obtigit, lætatur, somnianti similis est,
qui quidem præstigijs, quas vis ejus imaginandi illi facit, deceptus
beatissimus sibi videtur, cum vero expergesitus fuerit, misere de-
lusum se videt. Honores & reliqua fortunæ non vera bona sunt,
sed fallacia & cito nobis erepta.



Tertium, quod elegimus, carmen¹⁾ in argumēto versat̄ perquam memorabili, in expugnatiōne Hierosolymorū per Francos anno Christi 1099. Obsederant urbem, ut Abulpheda refert, plus quadraginta dies (أربعمائة يوماً) ²⁾, cumque capta ab illis esset, per septem dies integros ferro flammaque in victos cūjuscunq; ordinis, ætatis ac sexus, & res eorum, sanctissimas adeo, grassari pergebant, tantasque prædas faciebant, ut ratio earum iniiri non possit. Cujus infandæ crudelitatis nuntio Bagdadum perlato, missisque eo, qui festinum auxilium peterent, incolas urbis lamentari & immense plorare, sed qui summæ rerum præerant, nihil suscipere, quod afflictos levare, hostemque communem cohibere aut reprimere poterat. Turpis hæc & abominanda agendi ratio iram movit non omnibus, Motaphero³⁾ in primis Abiwardensi⁴⁾, qui carmen de re composuit, indignationis & amaritudinis plenum, e quo hos versus Abulpheda exscripsit, nobisque reliquit:

Misceamus sanguinem cum lacrimis copiose manantibus⁵⁾,

nec

1) Annal. muslem. III, 320. Rossmüller. Leseb. p. 121. sq.

2) idem esset: مأربع بن يو ونيغا

3) مظفر (victoriosus, felix) nomen proprium non infreq-
quens. Poeta, qui illud gerit, præter alia collectionem poematum
(كتاب) edidit, quæ, si Herbeloto (p. 11. b.) fides, Lutetiae Pa-
risiorum affervatur. Obiit anno 507. æræ Mohammedanorum.

4) i. e. Abiwardi nato. Est autem أبیوون nomen persicum civitatis
in Chorasan, a Bawero quodam conditæ. Meninsk. coll. d'Herbel.

5) "Miscere sanguinem cum lacrimis" nobis idem est, quod: vehe-
mentissime & assidue plorare. Habebat, nisi fallimur, sermo ara-
bicus tropum, in teutonico etiam usitatum, quo sumitur, lacrimis

sangu-

nec reliquus per nos pugnandi modus est ⁶⁾ nobiscum certantibus ⁷⁾.

At

sanguinem nonnunquam intermixtum esse, quod quidem priscae vestitatis homines ex eo collegisse videntur, quod qui diutius et vehementer plorant, oculos habent rubicundos, speciem sanguinis praebentes. Certum vero est, homines sanos nunquam sanguinem ex oculis emittere.

6) Pro **لَيْلَةٍ**, ut Rosenmüllerus legit, ob **لِي**, quod sequitur, melius forsan **لَيْلَةٍ** in passivo legitur. Quae vocibus **لَيْلَةٍ** & **لَيْلَةً** inesse videtur discrepantia generis, tollitur, si ante **لَيْلَةً** pronomen relativum, quo linguae Orientis, saepius ac plerique suspicuntur, vel expresse (v. Michaelis chrestom. syriac. p. 43. l. 3. p. 106. l. 10.) vel ita ut subaudiri debeat, utuntur, mente cogitatur. Eodem modo multa alia hujus generis removeri quoque posse existimamus.

7) Hoc, quem Reiskius praeivit, modo si alterum distichi membrum exponitur, auctor dixisse videtur: deflemus miseriam, in qua Hierosolymitani versantur, ita, ut qui superare fletu nos velit, haud possit. Inesse hunc sensum verbis posse, nemo negabit, cui persuasum est, tum, vocem **لَيْلَةً** non de universa arte conflictandi, sed de singulis technarum, in lucta adhiberi solitardm, modis usurpari, tum, tertiam quam dicunt conjugationem verbi **لَيْلَةٍ** non certamen modo ope lapidum, sed quocunque aliud certamen indicare. At vero nos, ut dicamus, quod sentimus, de utroque dubitamus, ideoque verba sic interpretari malimus:

neque respicitur a nobis, quod **conveniens** est mala avertentibus i. e. non curamus & circumspicimus sed plane negligimus, quae nobis ad avertendam Hierosolymorum calamitatēm provocatis facienda essent; ploramus, cum arma sumere hostibusque obviam ire fas esset. **لَيْلَةٍ** est: spectare, respicere, **لَيْلَةً** id, quod aptum, conveniens est, **لَيْلَةٍ** autem propugnare valet & mala avertere.

C



At miserrimum genus pugnandi, quo armorum loco uti vir
poteſt, lacrimae ſunt,

quum ignem ſuum fufcitat bellum in acutis gladiis ⁸⁾.

Qui dormiat oculus, palpebris penitus clauſis,

cum criminis committuntur, quibus unusquisque, qui obdormiit,
excitatur ⁹⁾?

Fratres vestros in Syria ¹⁰⁾ quod attinet, locus, quo meri-
diana quiete fruuntur ¹¹⁾,

dorsa

8) h. e. quum bellum geritur, hostiumque gladii nudati rutilant.

Sed ^{صَلَمٌ} de homine strenuo etiam dicitur, ut verba nostra hunc
quoque in modum accipere possis: quum bellum est & strenuus
quisque ardore pugnandi plenus.

9) h. e. qui quaeſo fieri poſteſt, ut vos, quorum eſſet, atroces Fran-
corum injurias propulſare, quieti & otiosi domi agatis, ut in tanta
calamitate, qua vel illi omnes, quos non attinet, percelluntur, ita
vos geratis, quaſi plane nihil de ea audiveritis. Vocem ^{سَجْدَة} le-
viora delicta alibi indicare notum eſt. quam ob rem ſuſpicamur,
auctorem noſtrum aliam ejus ſignificationem in animo habuisse,
quam quae in verſione noſtra adoptata eſt. ^{لَهُ} de agitatione venti
& celeri motu impetuque usurpatum, quidni conſicere liceat, nomen
^{سَجْنَة} de procellis quoque & turbine usurpatum fuiffe. Et naturae
prefecto convenientius eſt, dormientem turbine, quam criminibus
levioribus e ſomno excitari.

10) ^{صَلَمٌ} vulgo ^{بَرْسَهُ} dictum pro diversis temporibus terminos habe-
bat anguſtiores amplioresve; bac autem, de qua agitur, quin ab
Alexandri inde Magni aetate Palaestinam et Phoeniciam quoque
complectebatur. v. Bellermann Handbuch der biblischen Literatur
t. 2. p. 342. sq.

11) ^{صَلَمٌ} locus, ſtratumve eſt, ubi meridie aut paulo ante ſomni
et

dorsa equorum juvenum aut viscera hyaenarum ¹²⁾ sunt ¹³⁾.
 Notarunt eos contemtu ¹⁴⁾ Romani ¹⁵⁾, vosque
 Syrma post vos trahitis mollitiei ¹⁶⁾, hominum instar, qui
 pacem habent.

Quan-

et quietis causa decumbitur. *Rosenmüller* مُهَاجِرٌ in مُهَاجِرٍ
 mutamus, cum verbum أَصْنَعَ, a quo pendet, praedicatum in casu
 obliquo s. accusativo requirat.

¹²⁾ Fratres vestri, ait auctor, qui alio tempore meridianae quieti,
 quemadmodum moris apud nos est, dare se solebant, jam aut ca-
 melis insident, ut fuga vitae et saluti suae consulant aut dudum
 morti occubuerunt et insepulti projecti ab hyaenis devorati sunt.

مُهَاجِرٌ (cum Damma super Mim), quod ad singularem أَصْنَعَ
 refertur, si *Golium* audias, equi sexennes (juvenc.) sunt; *Reiskius*
 autem de aliis quoque animalibus dici posse statuit et reperiisse se.
 de camelis juvencis usurpatum affirmat. قُشَاعُ de hyaenis dici
 monet *Golius*; *Reiskius* et *Rosenmüllerus* annosque magnosque vul-
 tures indicare putant. Efformata vox videtur ex قُشَاعُ pronum ster-
 nere et قُشَاعُ comedere.

¹³⁾ ut أَصْنَعَ ظُلْلٌ interdum simpliciter pro: esse, evadere, fieri
 ponitur.

¹⁴⁾ vel: notant, despiciatos habent, redduntque.

¹⁵⁾ i. e. Europaei cruce signati, nam مُهَاجِرٌ, quod modo Romanos stri-
 cte' sic dictos, modo populos Constantinopoli subditos, modo eos
 Turcarum, qui in graecas ditiones invaserant, modo Syros, Aegyp-
 tiros al., liturgias graecanicas sequentes, modo incolas Rumeliae in-
 dicat, nonnunquam (v. *Herbelot* p. 721.) de populis Europae uni-
 versis usurpatum est.

¹⁶⁾ h. e. vitam quietam et mollem ducitis, omnis mali expertes, uni-



Quantum sanguinis jam effusum est¹⁷⁾! quot feminae¹⁸⁾
pudorem puchritudini suae suffusum brachiis occultant¹⁹⁾!

An

ce voluptatibus dediti نيل (yрма, vestis syrmatica est, qualem opulentiores Arabum summo loco habebant, quali ornati inter eos erant, quicunque magnifice incedere volebant. cfr. Rosenmüll. Le-seb. p. 95. خفظ, ut Reiskius monuit, proprie deppressionem notat, deinde vitam commodam, mollem, lantam, tranquillam; desumpta metaphora ab incessu depresso, sedato, commodo, ad otium et animi lubitum composito, qui etiam التخفف depresso, destitutio appellatur

17) Ita auctoris verba a Reiskio accepta sunt et accipi possunt, dummodo أباج “communis juris fecit, voluntati cuiusque permisit” dubitationem non moveat. Nos quidem collectivo أهـ alteram, quam habet, significationem hic tribuimus, vertimusque: “quot hominum vita arbitrio aliorum subjecta” et si qui forte sint, quibus haec quoque displiceant, lectionem illis أديبيخت commenda-mus, in quam conjectando incidimus: “quot hominum vita extincta est vel: etiamnum extinguitur!”

18) يـ, quod ad singularem ظـ refertur, idola proprie notare vel statuas ex marmore, ebore, argento, similiue materia, (v. Gol. Lex.), metaphorice autem de feminis tum nostro hoc in loco tum in Haririi consessu XLV. dici, monuit Reiskius. Addimus, censemus nos, vocem ظـ, quae idolum statuamve notat, ad radicem pertinere, cui syriacum لـ & لـ, “similitudo, figura, imago” et chaldaicum لـ “simulacra” adsignari debet; ظـ vero, quod feminam indicat, e vocabulo ظـ sanguis, vita illustrandum esse.

19) Non intelligimus, quî Reiskius vertere potuerit: “formae suae pudicitiam objectis arcibus tueri coactae sunt.” Propositum habebat poeta

An jucundae sunt²⁰⁾ Arabum turmis²¹⁾ injuria, an conniveant²²⁾ in contumeliosa tractatione, quam patiuntur, barbarorum militum²³⁾?

Utinam vero illi, quum non repellunt eos zelo pro religione, tena-

poeta dicere: feminas erubescere de vi, quam tum ipsae tum aliae mulieres ab hostibus passae sint nec autere amplius ob violationem hanc pudicitiae suae conspiciendas se præbere, sed brachiis vultus suos tegere. **فَرْسَنُ** carpus et carpi locus (i. e. ea pars corporis, qua brachium manusque stricte sic dicta inter se junguntur) pro brachio ipso sumere non dubitamus. Graphice autem non manus sed brachia dixit auctor.

20) vel: an acquiescant in injuriis? **مُضِي** enim significat quoque "contentum esse, acquiescere." Habet post se vel **ب** vel **عَلَى** vel accusativum.

21) **صَنَابِيد** principes etiam, optimates, duces strenuos reddere potest, cui id libet, quin imo præstabat, sic reddere, cum Abulpheda retulerit: Selgukidarum *Sultanorum* intestinas discordias faciles provinciarum rapinas permisisse (annal. musl. III, 318.)

22) **أَغْنَبَنِي** contraxit sc. oeu'os h. connivit, rem ingratis patienter toleravit. v. *Haririi Confess.* VI, p. 240., Ibn Doreidum p. 93. et 98. et confer hebraicum **תְּבוּ** *Prov.* 16, 30.

23) **نَلٌ** nobis est contentus, in quem alterum aliquis adducit; **شَكَّ** legimus **شَكَّا**; **أَعْاجِمٌ** sunt Franci. *Riskius* **الْأَعْجَمُ** accepit de Persarum heroibus cataphractis; nescimus vero, qui de Persis loqui potuerit auctor. Ceterum in vulgus notum certumque est, nomine **پَرسِی** &c. ab Arabibus omnes, qui arabico sermone non utuntur, nec gentis Arabum sunt, in specie vero et **خَار'** **پَرسِی** Persas vocari.

tenaciter zelum retineant pro iis, qui sacri sunt et inviolabiles²⁴⁾!

Haec sunt, quae ex Motapheri carmine in codice Leidensi, unde annales Abulphedae muslemicos typis describi curavit Reiskius, reperiuntur. Invenit hic idem in alio codice, Lugduni Batavo-

24) Esset, ait auctor, Arabum, studio religionis suae omnibus, quas habent, viribus ad coercendos et reprimendos Francos uti, molimina enim Francorum sacris Arabum non possunt non esse funestissima; cum vero Arabes omnem religionis suae amorem amisisse videantur, hortamur et obsecramus eos, ut saltim amorem et cultum feminarum liberorumque, virtutem illam, qua gens eorum ab antiquissimis inde temporibus ornata fuit, non deserant, sed vim illis illatam ulciscantur, novam propulsent et avertant. يَذْوَبُوا (ut legendum est) accusativum poscit, qui vel ex sermone praecedenti repeti debet, vel voce حَمِيَّة continetur. Si posterius, sic vertendum erit “cum non repellunt fervorem (violentiam Francorum) a sacris (Mohammedicis)” i. e. cum grassari in sacra nostra Francos patiuntur. ضَنْبُوا, quod a ضَنْبَنْ “tenaciter adhaerere rei, persequi illam” derivant, efferendum: ضَنْبَنْ; sed ضَنْبَنْ Rosenmüller, ex negligentia hypothetae profectum, nostra ex sententia defendi etiam potest. ضَنْبَنْ valet: aegrotare, male se habere; si igitur sumas, in forma II. vel eadem vel aucta modo vi gaudere, hunc sensum habebis: utinam illi, qui pro religione sua nihil suscipere volunt, zelotypia vexentur, quam feminas suas a Francis, qui, ut sacra ita gynaecea etiam eorum infestant, appetitas violatasque vident, poenas enim merentur acerbissimas et fieri possit, ut hac tandem de causa arma capiant. Francisque se opponant Voci حَمِيَّة, quod zelum et zelotypiam notat, in Lexico Meninskiano significatus

tavorum assevato, qui Jbn Schohnae²⁵⁾ epitomen et continuationem annalium muslemicorum continet, tria alia carminis disticha, quibus lubentissime etiam immoraremur, si Reiskio placuisse, textum eorum arabicum communicare²⁶⁾). Quae vero cum ita sint, eaque, quae probatum ivimus, satis probata videantur, misso in praefens Abulpheda, animadversiones quasdam ad Sententias Jesu Siracidae inde a capite earum XIV.²⁷⁾ adjungere lubet, ne tum ii, qui defendere, tum ii, qui impugnare dissertationem hanc ex legibus nostris debent, in uno tantum argumento versari coactos se videant.

catus "magnanimitatis" etiam tribuitur; quem qui pro vero habet, nostroque in loco adhibere vult, vertere potest: utinam magnanimos erga (بِنْتَيْنَاهُ) feminas vos geratis. مُلَكَّاتٍ gynaecea, hinc vero: qui in illis sunt, uxores nimirum, filiae et virgines.

25) Anno fugae 883. mortui. Vide de eo d'Herbelot p. 792. et Wah-

lili Erbeschreibung von Ostindien T. I. p. 24.

26) Latina eorum translatio, quam solam a Reiskio habemus, haec est:
"Quum, fluctus horum conflictuum qui subire veretur, spe studio-
que salutis, futurum sit,
ut ille deinceps p[ro]ae poenitentia dentibus fremat, digitosque p[re]-
mordeat.

Parum abest, quin ad hos conflictus clarissima voce
conditus Medinae (Mohammedes) sic evocet: o gens Haschemi!
Video gentem et sectam meam hastas suas in hostes non acuere,
non dirigere,
quo tempore columnae fidei Muslemicae labascunt.

27) De difficilioribus quibusdam priorum capitum locis v. Dissertationem superiore anno editam.

C. 14, 8.

Sententiarum J. Sirac. a Bretschneidero¹⁾ aliisque sic verti-
tur: profecto netandus est avarus, immisericors ille (*απος. προσ. sc.
πτω πτωχς*) et durus erga alios (v. erga afflictos; *ψυχη enim*, ut
Bretschneiderus affirmavit, non simpliciter homo sed homo est, qui
desiderat, precatur). Nolumus, quibus haec placent, repugna-
re, sed concedant illi nobis velimus, textum hebraicum forsan
habuisse:

רֹעַ רֹעַ עֵין מְשִׁיב פָנִים
וּרְכּוֹה נֶפֶשׁ (נֶפֶשׁוֹת)

„infelix (in se ipso) est invidus (v. avarus), qui faciem suam
avertere solet (qui alios ne adspicere quidem v. aliis nil largiri
vult), contemnitur praeterea ab aliis omnibus.“ רֹעַ hominem
physice malum, ut ita loquamur, i. e. miserum et infelicem indi-
care et נֶפֶשׁ (הַכּוֹה נֶפֶשׁ) quemadmodum legimus redi potest: non-
ne etiam objectum est contemtus omnium? cfr. Efaj. 49, 7.

— 9.

Prius membrum nulla difficultate laborat „oculus (cupiditas)
avari nunquam parte satiatur (avarus non contentus est nec quies-
cit, dum aliquid superat, quod nondum possidet); sed posteriori
insunt, quae non admodum plana videntur, vocabula nimirum
αδυτικη πονηρα, quae nostra quidem ex sententia neque pro injusti-
tia illa invidorum et avarorum, qui sibi vindicare omnia, aliis nil
relinquere volunt, neque pro mera circumlocutione της πλεονεξιας
habe-

1) in edit. libri J. Sirac., quae anno 1806. amplio doctoque commen-
tario instructa in forma octoaria majori Ratisbonae prodit. Mo-
nemus obiter, librum nos hunc ad manus non habuisse, cum prae-
terito anno dissertationem modo allegatam conscriberemus.

haberi possunt. Si sumere liceret, pro *αδην.* πον. in textu hebraico fuisse עָזֵן רַע, ab interprete graeco per errorem עָזֵן רַע enuntiatum, statui posset, auctorem sententiae dicere voluisse: cupiditas avari nunquam expletur, et dolor, quem inde capit, animum ejus consumit. עָזֵן רַע, dolor avari (*λυπη πονηρες*) molestia esse potest, qua affectus est.

II. 12.

Καθως εαν εχ. Lindius vertit: pro modo rerum, quas habes; εαν, ait, particulam esse expletivam. Nos Vulgatum Syrumque fecuti reddimus: quodsi habes i. e. si facultas tibi est; καθ. εαν idem esse arbitramur, quod כִּי אָמַן (v. Prov. 2, 3. etc.). αξιως (Deo autem, largitori ejus, quod possides, sacrificia) modo, quo decet et facultatibus tuis conveniente. Διαθ. ad. constitutum, lex, quam infernus f. mors (ex voluntate Dei) sequitur vel: pactum, quod infernus f. mors *tecum* fecit. Τποδεικνυται, חורין, notum facere. v. LXX. Esrae 4, 16. etc.

14.

Μη αφυσερ. sc. φιλον²); אל המנע (אחו) מום טוב (אחו); ne cohibeas eum a die bono (noli facere, ut per te gaudio careat, sed hilarem eum redde, quotiescumque id fieri potest). *Μερις* sumimus pro: חילך fors; επιθ. αγ. pro: מחרמר טוב „cave, ne elaboratur tibi fors, ne excidas forte, quae objectum est concupiscentiae boni (quam bonus quisque desiderat et nancisci studet).“

16.

Δος και λαβε, fac ut alii habeant, quo fruantur, alii dent tibi, quo ipse frui possis laete et jucunde communiter cum aliis vive,

2) Alii subintelligunt σε, "noli diem bonum, ultum gaudium tibimet negare."

D

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft



vive, quantum potes) vel: da, aliique dabunt tibi. Απαταν την ψυχην, si Bretschneiderum audias, significat: demulcere, delinire desideria h. e. satisfacere illis; alii απατησον ex conjectura varie mutarunt (v. Lindii Edit. sentent.). Suspicamur, interpretem graecum formulam: פָתַח נְפָשָׁךְ, quam in hebraico exemplo inventit, perperam intellexisse, utpote quae proprie „dilata animum tuum“ reddenda erat. Verbum פָתַח absque omni dubio, ut syriac. פָתַח et chald. פָתַח significabat: latum esse, dilatari; dilatus autem animus in linguis Semiticis contrarium est animi anxii pressisque³); vocabula 'פָתַח נְפָשָׁךְ' redi igitur possunt: hilaris esto. Οὐκ εστι non licet, non possibile est (v. Schleusneri spicil. 2, 52.); ζητεῖν querere et per metonymiam causae pro effectu, invenire⁴).

18.

Φυλλον et γενεα collective, voces τα μεν in parenthesi sumi possunt. „Ut folia quae in arbore frondosa crescunt (quorum alia dejicit, alia gignit)⁵; ita aetas, generationes (ut hoc vocabulo utamur) animantium sunt. Καραβּ רַבְיָל sc. arbor. Σαρξ και αιμα, בָשָׂר וְדָם de solis hominibus (Ephes. 6, 12.), vel de animantibus omnibus (1 Cor. 15, 50.) accipi posse videtur. Simili modo occurrit Latinorum: animantes.

20.

Si quis lectionem τελευτησει in membro priori (perdurat ad mor-

3) v. Elaj. 60, 5. "timore et-gaudio, pavore et laetitia agitaberis (פָתַח יְמִינֵךְ), quando exterarum nationum divitiae tibi afferentur. Pro רַבְיָל paraphrastes chaldaeus פָתַח suum posuit.

4) Eodem modo Prov. 11, 27. שָׁקֵד sumi potest.

5) Recordentur lectores, quod arbores in terris tropicis plerumque nova jam gignant folia, cum priora marcescunt, novosque flores producant, cum fruges maturant. Bretschneid. ad h. l.

mortem usque in sapientia) defendere vult, **וַיְשִׁיחָנֵב**, quod absque dubio pro διαλεχθησεται εν positum erat, ex arabico شَنْ (med. Je.) „confenuit“ illustrare potest⁶⁾. Συνεσ. αυτ. nobis est: institutio sui, id quo quis intelligentior redditur, **הַבִּינָה**.

— 27.

Sapientia, ait auctor, cultorem sui, qui perpetuo amore illi adhaeret, defendet ab aetatu (placidam illi suavissimamque umbram praebebit), *καὶ εὐ τ. δ. α. παταλυσει*. Fuerunt, qui dicerent, verbis εὐ τ. δ. α. ad nubem illam columnam referentem, quae Israelitas in deserto ab ardore solis tuebatur, alludi, aliis alia comminiscen- tibus. Nobis quidem haec opinio est: textus hebraicus habebat aut בפָּאָרָה aut בְּכֻבָּד: si prius, vox autem, ut affirmant (v. Eichh. Lex. hebr.), nulla alia addita, de omni, quod praef- stans est et pretiosum, splendidis etiam vestibus et sede splendida (Jerem. 48, 18.) dicebatur, sensus verborum erit: in magnifica domo illius diversabitur; si posterius, indicabunt: (prope) inter ramos⁷⁾ (umbriferos, fructibus exquisitissimis, suaviterque olen- tibus refertos) commorabitur.

C. 15, 15.

Docuit auctor versibus, qui praecedunt, hominem libero ar- bitrio gaudere, virtutem et vitium a voluntate ejus pendere, inde vero collegit:

אֶם חֲפֹצָת הַשְׁמָר מִצְוָתוֹ (⁸)

לְעָשָׂוֹת אֶמֶת רָצֹן

„quod si volueris, observare poteris pracepta ejus et fidem Deo

D 2

gratam

6) v. differt. anni superioris p. 28.

7) non: בְּפָאָרָה; פָּאָרָה autem collective accipendum.

8) pro: מִצְוָתוֹ.

gratam monstrare. Futurum מְשֻׁרָּת, συντηρεσ. hic τὸ posse exprimit, ut Bretschneiderus recte annotavit; nisi ortum ex suffixo, quod nomine מַעֲנָה adjunctum erat; ποιεῖν, עֲשֵׂה de exercitio virtutis usurpatur.

C. 16, 3.

Vocabulo τοπος, quod a Lindio familia, soboles, a Bretschneidero vita vel multitudo, ab aliis felix status redditur, consuetam loci significationem tribuimus et sic vertimus: noli fiduciam collicare⁹) in loco eorum h. e. roli sperare, fore ut semper loco suo maneant, facile enim fieri potest, ut huc atque illuc dispergantur et penitus adeo evanescant. Ταρ pro כִּי „profecto“ positum videatur. Κρ. εἰς η χιλ., unicus interdum¹⁰) longe praestat compluribus; masculinum εἰς indicare videtur, verba haec non de liberis foliis, sed universe sumenda esse; Και αποθ. — ασεβη, רמות ומותה מותם (וְטוֹב מוֹת) שֶׁבּוֹל מִקְנָה בְּנֵים מִשְׁחִיתִים commisit, quod ante vocem αποθ. adjectivum neutrum ορεισσον, ορειττον non collocavit.

— 6 — 10.

, Coetus peccantium igni solet dari; ubi gens est in Deum contumax poenam subibit. Non passus est placari se Deus priscis illis gigantibus, qui robore suo nisi ab eo defecerant; non pepercit loci, quo Lotus commorabatur, civibus, quos ob factum et violentiam abominatus est; non misertus est gentis, exitio devoteae, quae scelle-

9) επειχ. επι idem est, quod εμπιε. τ.

10) Ita quidem sententia haec nostro judicio circumscribenda est, ut vera sit; sunt autem multa in scriptis, quale nostrum est, ab eo, qui legit et exponit, curatius finienda.

sceleribus obstricta se extulerat (v. quae — excisa est); similiter etiam sexcenta illa peditum millia propter pervicaciam suam e medio sublata sunt.“

Quae v. 6. dicuntur, thesin generalem continere possunt, ut opus non sit, prius membrum de Koracho ejusque affeclis (Numer. XVI, 35. sq.), alterum de Sodomae et Gotomorrhæ incolis (Genes. XIX.) exponere; sed εξεναθη in ευκαθησεται mutari et sumi debet, interpretem בָּעֵר, quod in exemplo hebraico procul dubio legebat, perperam pro praeterito habuisse, cum sive בָּעֵר sive בָּעֵר pronuntietur, verti queat: incenditur, ardet, incendi, ardere solet. Οὐν εξιλ. (v. 7.) sc. ὁ Θεος¹⁾. Post απερ. cum aliis cogitatione supplemus: απ' αυτον; quod si displicuerit, statuemus, vocem απερ. vitiose ab interprete adhibitam esse, praeteritum סרו, quod prae se habuisse videtur, non ad כְּרָר, sed ad כְּרָר “refractarius, rebellis fuit” pertinuisse. Inter alias vero fabulas et narracionulas, quae Siracidis tempore de Nephilim, Gen. VI. memoratis, circumferebantur, haec etiam fuisse videtur, opposuisse se eos Deo bellumque illi intulisse. Τη σαχ. α. רְכֹהָם, quoad robur suum. cfr. Storr. obs. p. 284. Παρομια (v. 8.) utlob. 18, 19. non commorationem modo, sed locum etiam commorationis, בית כָּנוֹר, τοπον παρομιας (Psalm 19, 54) indicat. Υπερηφανια factus nobis est cum violentia conjunctus, insolentia, insultatio; eodem autem modo ρόν et γόναν veniunt, a LXX: multis in locis vocabulo νέρπις expressa. Schleusnerus Spic. 2, 112. sq. voci significatum, “vitiositas, vita flagitiosa” tribuit, esse hoc, ait, e stilo Orientalium, apud quos omnes impii et scelerati superborum nomine veniant. Gentem deletioni devotam (v. 9.) Aegyptios, in mari

II) v. dissert. super. anni p. 15. not. 30.

mari rubro suffocatos, putat esse Bretschneiderus, ideoque verba versus posteriora sic exponit: extirpatos eodem momento, quo αμαρτιας i. e. vexationes Israelitarum ad finem volebant perducere; at nihil obstat, quo minus hic quoque versus ad Sodomitas et Gomorrhaeos referatur. Εξηρ. מחרומים (Dan. 11, 36.), qui humana omnia atque divina susque deque habebant, licere putabant, quidquid libebat, vel: נכרחים. Ev αμ. a. peccando plane debita v. dum peccabat. Post τοις (v. 10.) supplent: εν γλεγσε, et επισυναχθεντας reddunt: ad seditiones congregatos, refractarios; quod utrumque quamvis haud omnino placere queat, versus tamen vix alio modo apte explicari poterit. Nec mirum; haud enim in libro Siracidis locus est, qui ab interprete graeco negligentius et imperius translatus sit, quam hic, de quo agimus. Hebraicum exemplum quid aliud habere potuit, nisi

וכן שש – מאת אלף רגלים

נאסנים בקשי לבם

“simili modo sexcenta illa millia peditum perierunt ob animum suum refractarium et non flectendum?” Sed recordari interpres noluit, נאכף de eo etiam usurpari, qui aufertur, peritque (Esaj. 57, 1 Hos. 4, 3.) et universum locum de industria quasi corrupit.

— 22. 23.

Obscuritas, quae versus hosce premit, si non tollitur minuitur certe tum, cum a) pro μεμραν γαρ η διαδ. legitur: οτε μ. η διαδ., quam lectionem voces hebraicae, כי רחוקה בריית v. כי רחוק (in infinitivo הדבירות) quae in texu fuerunt, aequo ac alteram, ab interprete nostro expressam, admittunt; b) verba, οτε μ. η δ., cum eo, quod sequitur, copulantur, et ita vertuntur: si foedus (promissiones et minae, quae foederi adjunctae sunt, pio bene, impio male censuras

res



res suas) procul est, diutius non impletur.¹²⁾ Quae si conceduntur, loco nostro hunc sensum adsignare poteris: "quis praedicere posset, quo tempore iustitia, qua Deus retribuit, apparitura sit, quis vero anxie expectet optetque, ut tandem se exserat? Cum, quae foedus promittit et minatur, diutius frustra expectantur, is, qui minus sapit, semper id mente sua agitat, qui vero omni ratione caret et improbus est, stulta ideo excogitat."

Ελατ. παρδ. nobis non est, animo demissus, sed qui alibi ελαττ. (חַסְרָה) συνεσει vocatur. Διαν. ταυτ. cum mente sua non adsequitur, multas causas esse posse, cur Deus differat, quod iustitia ejus exigere videatur, sollicitus dubiusque tenetur. Πλαναθατ., a recta via aberrare, in literis sacris de cultu idolorum et vita improba, flagitiosa adhiberi docuit Kuinoel (v. Commentatt. theol. ed. a Velthusen etc. 2, 477.). Μωρα stulta, improba.

— 27, 28.

Αρχαι ea coeli corpora esse possunt, a quibus cetera pendent et reguntur quasi (Genes. 1, 16.), ut sol, luna. Πειγαν ut ποτιαν est: fessum esse, defatigari, ponitur enim a LXX. pro יְעֵף et קָרְבָּן. Εὐλειπειν εν est: — “non desistunt ab operibus, ipsis demandatis, a cursu suo.

— 30.

Hebraicus textus habuisse videtur:

כל נפש רוחה כסתה פניה

Jam, si כסתה legitur, vertendum erit: ψυχὴ πάντος §. ε. τ. π. α., cuiusvis generis animantia tegebant eam (terram); si כסתה π. §. επαλυφִתְה τ. π. α. Pluralem v. dualem inhumanum, de more Arabum frequentissime cum singulari feminino construi res nota est. v. Storr. obs. p. 383.

C. 47,

12) cfr. Lind. edit.



C. 17, 23. 24. 25.

Ανταπόδομα, pro **גָּמְלָל** possum, significare potest id, quod quis dat, facit: Prov. 19, 17. *Εὐλείπ. υπόμ.* sunt: qui spem, patientiam abjecerunt, vel: abjecere volunt. *Κατ. πρόσ.* **עַל אֶפְיוֹם**, facie in terram inclinata.

— 27. 28.

Αἰγαῖν cum tertio casu etiam construitur 1 Par. 23, 5. 2 Par 20, 22. Jer 20, 13., quemadmodum **חָרְדָה** non accusativum modo sed **ל** etiam post se habet. *Διδούσις αὐθόμ.* Efrae 10, 11. laudem Domino tribuere. *Απο ν. ως μ. οντ. απ. εξ.* possum fortassis pro: **מִתְהָמָת (אֲשֶׁר) כִּילָא חָרָה אֶכְרָה תְּרוּחָה**, mortuo, qui quasi nihilum est, erupta¹³⁾ laus, laudandi facultas. *Ζων ν. νυ.* ille modo, qui vivit et bona valetudine fruitur (doloribus morboque non ita debilitatus est, ut quae a Deo accepit beneficia et gaudia vitae animum ejus non amplius moveant) Deum laudabit.

— 29.

Verba hebraica — **כָּרְבָּחֵסְד יְהֹוָה וּכְפָרוּם**, quae in textu fuisse sumimus, ita etiam accipi possunt: quemadmodum misericordia Dei (universe) magna est, ita etiam placabilitas ejus. Post **רַבִּים כְּפָ'** subintelligendum esset: **רַבִּים**.

— 30.

כִּי לֹא exemplum hebraicum, ut suspicamur, habebat: **יָכוֹל כָּל הַחַיָּה בָּאָנָשִׁים** verti poterat: sane neminem omnium inter homines manere (aeternum vivere) licet. **כִּי v. Storr. obs. p. 348.** **לֹא — כָּל** plane nullus. **הַחַיָּה** esse, manere, vivere.

— 31.

Una ex aliis, versum hunc difficillimum extricandi, ratio haec esse possit, si posita lectio *πονηρον — σαρξ ναι αιμα* hoc modo exponatur: "quid splendidius sole est? a qui hic quoque desinit; sed malum (turpe adspectu) est, quod homo meditatur (quanto magis hoc desinet?). *Touto in στοιχια mutandum, nisi ante γλωσσις subintelligas φωτεινα.*

13) Phrasin **אָכְרָה מִן**, quam interpres prae se habuisse videtur, Jerem.

18, 18. similiter abhiberi nobis persuasum est.

D. 20274

ULB Halle
000 879 800

3/1



